



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Bernardini Scardaeonii Patauini Presbyteri de Castitate  
Libri Septem**

**Scardeone, Bernardino**

**Venetiis, 1542**

Quanto studio ac labore à plerisq[ue] sanctorum castitas sit seruata cap.  
lvi

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30433**

De calcaria (ut aiunt) in carbonariam. Laudabilis quidem  
castitas: sed magis necessaria humilitas: illa suadetur: ista  
etiam imperatur: ad illam inuitam ex consilio: ad hanc Matt. 19.  
cogimur ex precepto: De illa scriptum est: Qui potest Idem. 18.  
capere capiat: de ista. Nisi efficiamini, sicut parvuli, non  
intrabitis in regnum coelorum.

Quanto studio, ac labore, a plenissimis sanctorum castis  
tas sit seruata,

Cap. LVI.

**A**d eam uero continentiae firmitatem, de qua nunc  
dicimus, nondum peruererat Ursinus ille praes  
sbyter continentissimus: cuius meminit D. Greg  
gorius, qui post continuatam per quadraginta annos co  
tinentiam, dum ageret animam, neque sentiret iam seipsum,  
mulieris persensit attactum. Nam cum uxor ab eo iam  
diureligionis causa separata ad illum morietem ne ei in  
ultimo illo pietatis officio deesset, piamente accurrisset,  
atque eundem licenter ex antiqua consuetudine attigisset,  
seque adesse, & uoce & tactu significasset: ille continuo  
ad eius uocem exterritus, eleuans moribundos oculos,  
collecto debili spiritu, ut potuit, prorupit in hac uocem.  
Recede mulier hinc, tolle paleam, ad huc igniculus ui  
uit, I modo tu qui es incolumis, & iuuenis confide pra  
terita continentiae: quum sanctum uitrum penè mortuum,  
& carnis stimulos sensisse, & fcomineum attactum tan  
topere uideas expauisse. Hilarion abbas, cibi, ac potus  
supranaturam hominis abstinentissimus, pruritu & ipse  
carnis aliquando uexatus, pugnis pectus uerberans, ma  
las cupidines (quando aliter melius nequiret) manuum  
confusionibus, atque uerberibus, excutiebat e pectore: in  
deq; ipse sibi ualde iratus, ita minabundus semetipsum  
consueuerat increpare. Ego te aselle faciam, ut non cal  
ctres: non hordeo te alam, sed paleis: fame te; & siti con  
ficiam: graui onerabo te pondere: per aestus te agitabo,

DE RATIONE COERCEN. LIBID.

& frigora: quatenus cibum potius, quam lasciviam cogit. Franciscum quoq; virum sanctissimum, eiusmodi quādōq; incensum flammis, uolutasse sese nūibus nuda corpore acceperimus, ut eo gelu ardore carnis extingueret, & repugnantem sibi concupiscentiam eo remedio coerceret. Acris quidem ac penē atrox Francisci castigation: at Paconii abbatis propemodum immanior, qui ad arcendum ueneris desiderium non gelu tantummodo norat corpus affligere, sed etiam dilacerare uulneribus: Nudis nang' pedibus uepres calcabat: & corpus totum tribulis, aculeisq; spinarum foedicans sese affligebat: ut eo dolore obscenæ libidinis stimulus medetur. Itidem factitasse et Benedictum abbatem ferunt: qui ut uisæ aliquando foeminae memoriam, et incestas cogitationes à se procul pelleret, nuda consueuerat ferire sensibus membra, et crebro rotatu, hirsutis secare corpus aculeis, ut eo remedio mentem ab aculeis aliis affectâ, & sauciam liberaret. Bernardum et ipsum quoque abbatem, Euagariumq; presbyterum, alterum in lacum, alterum in puteum descendere solitos hibernis noctibus trahunt, ut carnis incendia gelascentium aquarum algibus mitigarent.

Divi Hieronymi conatus ad custodiendam castitatem ex suis ipsius scriptis. Cap. LVII.

**Q**uid etiam non fecit præstantissimus doctor nostrus Hieronymus, ne quando his laqueis caperetur: utque leuarer sese iis flammis posset. Hac enim ipse de se eleganter, sed minime arroganter ait. Quod quanuis omnibus ferme notum sit, atque à pluribus rerum scriptoribus repetitum, tamen nec breuitas rei studium ne rei repetenda fastidium, potuit me retrahere & hac narratione, quæ magnum lectoribus fruatur: & non minus huic nostræ scriptiōni afferat omnia.